

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Joachim Langens Verbesserte und Erleichterte
Lateinische Grammatica mit einem Paradigmatischen und
Dialogischen Tirocinio**

Lange, Joachim

Halle, 1755

VD18 12464023

Pars Sexta De Poetica.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18565

PARS SEXTA
DE POETICA.

CAP. I

DE PROSODIA.

MEMBRUM I

DE REGVLIS GENE-
RALIBVS.

§. I. *Prosodia* inseruit poeticæ et docet syllaba-
rum *quantitatem*: vnde dependet *accentus* seu
tonus.

§. II. Secundum *quantitatem* seu pronuntiandi
moram syllaba alia est *longa*, alia *breuis*, alia *an-*
ceps seu communis.

Not. 1. Syllaba longa dicitur *produci*, syllaba
breuis corripiti.

Not. 2. Signum seu nota syllabæ breuis est *v*,
vt *pater*: longæ -, vt *mater*: communis *v̄*, vt *pa-*
tre.

Not. 3. Duæ breues syllabæ in versibus haud
raro ponuntur pro longa et vice versa.

§. III. Totius poeseos, in primis prosodiæ et o-
mnium de quantitate regularum fundamentum est
auctoritas seu exemplum veterum poetarum: qua
præterea vtimur, quando regulæ deficiunt vel
ignorantur.

§. IV. *Quantitas* secundum auctoritatem sex
modis cognoscitur: 1) *diphthongo*, 2) *positione*,
3) *vocali ante vocalem*, 4) *contractione*, 5) *accen-*
tu, 6) *analogia*.

§. V.

§. V. Omnis diphthongus natura longa est.

Not. 1. *Præ* in compositione, sequente vocali sæpe corripitur; quod etiam diphthongis interdum in fine accidit, more Græcorum: v. g.

stipitibus duris agitur sudibusque præustis. Virg. 7. Aen.
Insula Ionio in magno. Virg. l. 3. v. 211.

Not. 2. Græca diphthongus *ei* apud Latinos modo in *I* longum, modo *E* longum transit.

I longum: Nilus, idolum, Alexandria, Antiochia, idololatria, litania, politia, Nicomedia, Samaria, Darius, Basilius, Arius; græce Νείλος εἰδωλον, *cet.*

E longum: chorea, platea, Cytherea, Medea, Laodicea, museum, achilleus, spondeus, epicureus, aristoteleus; græce χωρεία, πλατεία, *cet.*

Poeta tamen ex diphthongo *ei* interdum abiiciunt *I*, ut maneat *E* breue: hinc chorea, platea, *cet.*

Interdum etiam resoluitur *ei* et *e* mutatur in *n*, unde *e* ante *i* producitur: ut cythereia, elegeia, græce ἐλεγεῖα.

§. VI. Positione longa est syllaba, quando vocalem proxime sequuntur *duæ consonantes*, aut *vna duplex*: ut *i* consona, *x*, *z*; siue in eadem voce, siue in fine præcedentis et initio sequentis vocis. Vt

Mons, pons, arma, rexit, gaza, maior, reiicio, reiecto, peior, cuius, eius.

Not. 1. Littera *H* in metro non habet vim consonantis.

Not. 2. Vocalis ante *I* in *biugus, quadriugus*, brevis est: quia in his habetur pro simplici.

Not. 3. Muta cum *liquida* (siue ceteræ consonantes cum *L, M, N, R*) in eadem syllaba, præcedentem vocalem, si extra positionem natura brevis est, facit

incipitem, sed in soluta oratione perpetuo corripendam; ut *pater, patris, tenebrae*.

Nox tenebras profert, Phœbus fugat inde tenebras.

Est primo similis volucri, mox vera volueris. Ouid.

Not. 4. Vocalis natura longa per mutam et liquidam non potest corripitur: ut *mater, matris*.

Not. 5. Vocales, quæ extra positionem non veniunt, ex cognoscuntur auctoritate: suntque vel longæ, ut *ebrius*; vel communes, ut prima in *proprium, Cyclops*.

§. VII. Vocalis ante vocalem in eadem voce corripitur; siue simplex ea fit, siue composita seu diphthongus: ut *prius, reus, nihil, mihi, abenum, delicia, deamo*.

Not. 1. *Fio* habet I longum, nisi adsumat R, tunc enim corripitur. Ut

Omnia iam sient, fieri quæ posse negabam. Ouid, lib. I. trist. el. 7.

Not. 2. Genitiui et datiui quintæ decl. E ante I producunt: ut *diei, speciei*; præter rei, *spei, fidei*, penultima breui.

Not. 3. Genitiui in IVS, I longum in carmine faciunt commune: sed genitiuus *alius* (pro *alio*) semper producitur; *alterius* semper corripitur.

Not. 4. Vocatiui *Cai, Pompei, Vultei* penultimam producunt.

Not. 5. I consona interdum in vocalem mutatur. Ut

Peruigil in plumis Caius ecce iacet. Mart.

Not. 6. *Eheu* priorem producit: sed *obe* priorem habet communem.

Not. 7. O exclamandi particula ante vocalem est anceps. Ut

Oyti-

Optinam mea sors, primum quo cæperat, isset. Ouid.
Te Corydon, o Alexi, trahit sua quemque voluptas. Virg.

Not. 8. In græcis græca seruat^r quantitas. Hinc
 producit^r *museum*, *dius*, *Eos* $\mu\upsilon\sigma\epsilon\acute{\iota}\omicron\nu$, $\delta\iota\circ$, $\epsilon\acute{\omega}\varsigma$.
 Item *aneius*, *cythereius*, *priameius*, et similia. Sic
 $\lambda\alpha\acute{o}\varsigma$ cum compositis semper *a* producit: vt *Menelaus*, *Ni-*
colaus.

Not. 9. In vocibus origine græcis **E** et **I** in pen-
 ultima corripuntur, etiamsi more Græcorum pronuntiar^r
 soleant cum accentu. Vt *Andreas*, *Dorotheus*, *Doro-*
thea, *idea*, *Sophia*, *philosophia*, *symphonia*, *prosodia*.
 Sic et *Maria*, *Elias*, *Zacharias*.

Sed *academia* in penultima est anceps. Græce enim
 scribitur $\acute{\alpha}\kappa\alpha\delta\eta\mu\acute{\iota}\alpha$, $\acute{\alpha}\kappa\alpha\delta\eta\mu\epsilon\acute{\iota}\alpha$.

§. VIII. Syllaba contracta longa est: vt *nil* pro
nihil, *mi* pro *mih*, *cogo* pro *coago*, *tibicen* pro
tibiicen, *genitiuus alius* pro *aliius*.

Not. Sæpe fit contractio intercedente syncope:
 vt *nil* pro *nihil*, *ni* pro *nisi*, *quis* pro *quibus*, *malo* pro
mauolo, *biga* pro *biuga*, *quadriga* pro *quadriuga*, *no-*
nus pro *nouenus*, *denu* pro *decenus*, *iunior* pro *iuuenior*,
Deum pro *Deorum*, *Diana* pro *Deiana*. Iana apud ve-
 teres erat luna.

§. IX. Accentus cum ipsis vocibus statim vsu
 notandus est. Potest autem in *polysyllabis* ex
 accentu tantum cognosci quantitas *penultimæ*.
 Vt

Mi in *dominus* est syllaba breuis, quia vi auctoritatis ca-
 ret accentu: sed et antepenultima *do* breuis est auctoritate,
 etsi accentum præ se ferat.

Item *ga* in *legare* est syllaba longa, quia habet accentum; sed etiam antepenultima longa est, etsi accentum tam clare non præ se ferat.

Not. Vocatiui nominum in *IVS* quantitatem penultimæ etiam in versu retinent talem, qualis erat nominatiui: vt *Mercurius, Virgilius*; in vocatiuo *Mercuri, Virgili*.

Diuidicatio quantitatis ex *accentu* tantum locum habet in polysyllabis: seu in vocibus, quæ ad minimum habent tres syllabas. Polysyllabum autem si nondum est, sæpe fieri potest per *compositionem*. Vt *scri* in *scribo* est syllaba longa, quia dicimus *inscribo*: *li* in *ligo* est syllaba brevis, quia dicimus *adligo*: *mo* in *monet* est syllaba brevis, quia dicimus *admonet*. Sic *su* in *super* est syllaba brevis: quia dicimus *insuper, desuper*.

Hic etiam locum habet *deminutio*. Vt *mi* in *hominibus* est syllaba brevis, dicimus enim *homini*: *e* in *docuerimus* est brevis, quia dico *docuerim*.

§. X. Accentui inferuit ideoque addenda est *analogia deriuationis, declinationis et coniugationis*. Vt

Media in *loquela* est longa, ad analogiam vocis *tutela*. *Corpus, corporis, corpori*: ergo et *pecus, pecoris, pecori*. *Amo, amabam, amarem*: ergo et *clamo, clamabam, clamarem*.

Not. 1. *Do, das, da* longa sunt: in ceteris syllaba *da* ex verbo *do* et eius compositis brevis est. Vt *dabam, dabo, dato, date, darem, dare, datum*. Sic *circumdabam, circumdabo*.

Not. 2. *V* in præsentibus verborum vbique corripitur: vt *sumus, quaesumus, volumus, nolumus*.

Not. 3. Personæ *imus et itis*, vbique in penultima corripiuntur: excepto præsentibus quartæ coniugationis quorum pertinent hæc, *simus, sitis; velimus, velitis; nolimus, nolitis*.

MEM.

MEMBRVM II

DE REGVLIS SPECIA-
LIBVSPRIMARVM ET MEDIARVM
SYLLABARVM.

§. I. *Deriuata* retinent quantitatem thematis seu primitiui sui. Vt

Legi primam producit: sic et *legeram*, *legerim*, cetera.

Lego primam corripit: sic et *legebam*, *legam*, cetera.

Dominus primam corripit: sic et *dominor*, *dominator*, cetera.

Fauces: *suffoco* *Virgineus*, a *virginis*.

Hæc dicuntur *natura longa et breuia*.

Not. 1. Contra naturam primitiuorum producuntur:

Feriæ, a *feriendis* victimis.

Humanus, ab *homo*.

Iugerum, iugis a *iugum*.

Laterna, a *lateo*.

Lex, legis, a *lego*.

Macero, a *macer*.

Nitella, a *niteo*.

Penuria, a *penus*.

Rex, regis, regula, a *rego*.

Secius, a *secus*.

Sedes, a *sedeo*.

Tegula, a *tego*.

Totus, a *tot*.

Tragula, a *traho*.

Vis, vires, a *vir*.

Vomer, a *vomo*.

Vox, vocis, *vocula*, *vocalis*,

a *voco*.

Not. 2. Contra naturam primitiuorum corripuntur

Arista, ab *areo*.

Bubulcus, a *bubus*.

Dicax, a *dico*.

Ditio, a *dis*, *ditis*.

Dux, ducis, a *duco*.

Fragor, fragilis, *fragosus*,
a *frango*.

Glomero, a *glomus*.

X §

La

Lucerna, a <i>luceo</i> .	Pufillus, a <i>pufio</i> .
Moleſtus, a <i>moles</i> .	Sagax, a <i>fagio</i> .
Nato, a <i>no, nas, nare</i> .	Sopor, a <i>fopio</i> .
Odium, ab <i>odi</i> .	Varicoſus, a <i>varix</i> .
Pacifcor, a <i>pax, pacis</i> .	Vitium, a <i>vito</i> .

Sta in *ſtatio*, *ſtatus*, *ſtatio*, *ſtabilis*, *ſtabulum*, a *ſtatum* corripitur: ſed in *ſtaturus*, *ſtator*, *ſtamen* produ-
citur.

Sic *fi* in *fides*, *fidelis*, *ſideliter*, *perfidus*, *perſidia* corripitur: ſed in *ſido*, *ſidus*, *inſidus*, *ſiducia* producitur.

Supinum *ambitum* et participium *ambitus* producent: ſed nomina *ambitus* et *ambitio* illud corripunt.

§. II. Compoſita retinent quantitatem ſimpli-
cium. Vt

Voco auoco - vv Quare - - Prodes - v

Lego: hinc colligo, eligo cetera.

Not. 1. Sequentia a longis orta corripuntur:
*Deiſero, peiſero a iuro; innubus, pronubus a nubo; ma-
ledicus, cauſfidicus, fatidicus, a dico; nihilum, ex ne
et hilum; agnitum, cognitum, ex notum; ſemiſopitus,
a ſopitus.*

Connubium a *nubo* ſecundam habet communem.

Not. 2. Si prior compoſitionis pars in *A* et *O* de-
ſinit, *A* et *O* producentur. Vt

*Auoco, contradico, trado, trano, quare, quapropter,
quacunq̄ue, quatenus, quandoque, quandocumq̄ue, alio-
qui, vtrobiq̄ue, introducere, retrouerſus, controuer-
ſus.*

Sed breuia ſunt: *hodie, quandoquidem, omitto, ope-
rio, ſacroſanctus.*

In Græcis, vbi *o* micron eſt, *o* corripitur. Vt
*Argonautæ, bibliopola, chirographum, œconomus, prophe-
ta, prologus.*

Not. 3.

Not. 3. Præpositiones in consonantem exeuntes corripuntur, nisi positio obstet: vt *ineo, subeo, cisalpinus*.

Not. 4. Præpositiones monosyllabicae in vocalem exeuntes producantur: vt *depono, cueho, profero, proconsul, diiudico, seiungo, vesanus, vecors*. Sed

1) RE in compositis breue est: sed in *reicio* et *reiecto*, interdum etiam in *refert* producitur.

2) DI in *dirimo* et *disertus* corripitur: in aliis producitur.

3) PRO in sequentibus breue est: *procello, procella, profanus, profano, profecto, profestus, proficiscor, profiteor, profugus, profundus, prohibeo, pronepos, proteruius*.

4) PRO est anceps in his sex verbis: *procumbo, procuro, profundo, propago, propello, propulso*.

Not. 5. I producantur composita ex dies: vt *biduum, triduum, pridie, postridie, meridies*.

Idem masculinum est longum, neutrum vero breue. Vt *Per quod quis peccat, per idem punitur et idem*.

Nil prodest, quod non laedere possit idem.

§. III. Præterita et supina disyllaba habent priores longas, nisi sit vocalis ante vocalem: vt *video, vidi, visum; sto, statum*.

Not. 1. Excipiuntur vna cum compositis suis sex præterita et nouem supina, in priori correpta: quæ sunt *tuli, dedi, steti, bibi, scidi, fidi; et datum, ratum, satum, itum, litum, citum, quitum, situm, rutum, a do, reor, sero, eo, lino, cieo, queo, sino, ruo*.

Not. 2. Tria hæc præterita, quæ a longis veniunt, primam corripunt: vt *gigno, genui; possum, potui; pono, posui*.

§. IV. Reduplicatio præteriti geminati trisyllabi breuis est, vna cum media sequente, nisi positio obstet: vt *disco, didici; cado, cecidi; tundo, tundi; fungo, pupugi*. Excipe *cado, cecidi; pedo, pepedi*: ob penultimam naturam longam.

Vid. Priscian. l. 9 de præter. perf.

§. V.

§. V. Præterita polysyllaba in *VI* et *SI*, nec non supina polysyllaba cum participiis inde formatis penultimam producant: vt *quæro, quæsiui, quæsitum*; *peto, petiui, petatum*; *diuido, diuisi, diuisum*.

Not. Supina in *itum*, quæ non ab *iui* veniunt, penultimam corripunt: vt *noceo, nocui, nocitum*. Vid. p. 310.

§. VI. I ante *v* producitur: vt *diues, diuus, viuus, viuo, lixiuia, furtiuus, graduuus*.

Exc. Breuia sunt: *nix, niuis, rediuuius vv-v, biuium, triuium*. *Vbiuis* anceps est.

§. VII. Adiectiua in *INVS I* producant; præfertim ea, quæ a nominibus animalium descendunt: vt *anserinus, asininus, equinus, leoninus, lupinus, cetera*. Huc refer: *matutinus, vespertinus, adulterinus, clandestinus, figulinus, marinus, Alpinus, cetera*.

Sed quæ materiam significant et a nominibus rerum inanimatarum descendunt, *I* corripunt: vt *adamantinus, amygdalinus, papyrinus, cedrinus, coccinus, crocinus, crystallinus, cupressinus, oleaginus, cetera*. Huc refer: *crastinus, serotinus, diutinus, pristinus, cetera*.

§. VIII. Patronymica masculina in *ADES* et *IDES* penultimam habent breuem, vt *Aeneades, Priamides*; longam autem feminina in *INE* et *ONE*, vt *Nerine, Acrifione*.

Sed longa est penultima in *Atrides, Pelides* et reliquis a nominibus in *eus*: et ob antepenultimam longam etiam in *Belides, Lycurgides, Amphiaraides* et similibus.

§. IX. Deriuatiua in *OCINIUM* corripunt *CI*: vt *patrociniuus, tirocinuus*.

§. IX.

§. X. Definentia in *VRIVS, VRIA et VRIO*, tam nomina, quam verba meditatiua u corripunt: vt *Mercurius, luxuria, centuria, decuria, centurio, esurio, parturio, cœnaturio*, cetera.

Not. 1. In *penuria, curia, iniuria* est u longum.

Not. 2. Nomina græca in *VLVS* propter diphthongum *ou*, habent u longum: vt *Aristobulus, Thraſybulus*. Sed latina habent u breue: vt *figulus*.

§. X. *Peregrina* libera sunt: solent tamen sæpe secundum scriptionem græcam, si quam habent, diiudicari.

MEMBRVM III
DE REGVLIS SPECIA-
LISSIMIS
VLTIMARVM SYLLABARVM.

§. I. Definentia in *A, E, r, rs, is, vs*; nec non in *B, D, T, L, M, N, R* corripuntur: vt *mensa, cubile, moly, chelys, ignis, annus, ab, ad, at, caput, animal, nomen, pater*.

Not. *M* breue in compositione tantum cognoscitur et quidem sequente vocali, vt in *circumago, circumeo*.

EXCEPTIONES.

I. *Producuntur in A*

1) *Indeclinabilia*: vt *antea, contra, triginta*.

Sed *eia, ita, quia, postea* semper, et *numeralia* interdum etiam breuia sunt.

2) *Vocatiui primæ declinationis a nominibus in AS*: vt *Aenea, Satava*.

3) *Ablatiui primæ declinationis*: vt *mensa, Aenea*.

4) *Imperatiui primæ coniugationis*: vt *ama*.

2. *Pro-*

2. Producentur in E

- 1) Ablatiui quintæ declinationis: vt *die, re, fide*.
Sic et composita *hodie, pridie, postridie, quare*. Hæc refer *fame*.
- 2) Imperatiui singularis numeri in secunda coniugatione: vt *doce*. Sed *caue*, nec non composita *videtis* et *valedico* sæpe corripuntur.
- 3) Aduerbia in E facta ex nominibus secundæ declinationis: vt *docte, valde, belle, optime*. Sed *bene et male* breuia sunt.
Ferme et che producentur: *fere* autem vltimam habet ancipitem.
- 4) Græca in E primæ declinationis, vt *epitome*; item pluralia *mele, tempe, cete*.

3. Producentur in IS

- 1) Datiui et ablatiui: vt *mensis, seruis, nobis, vobis*.
- 2) Nomina *lis, glis, dis, vis*: nec non declinata per *inis, itis et entis*; vt *Salamis, salaminis; Samnis, samnitis; Simois, simoentis*.
- 3) Secunda persona singularis præsentis indicatiui verborum quartæ coniugationis: vt *audis, abis*.
- 4) *Vis, sis, velis*, cum compositis: vt *quamuis, quiduis, adsis, possis, malis, nolis*. Item aduerbia *gratis et foris*. *Ris*, vltima futuri coniunctiui est anceps: vt *dixeris*.

4. Producentur in VS

- 1) Nomina tertie declinationis, quæ u in genitiuo retinent: vt *tellus, uris*. Sed *Ligus, uris* (*Liguria incola*) *pecus, udis, intercus, utis* breuia sunt.
- 2) Genitiuus singularis, nominatiuus, accusatiuus et vocatiuus pluralis nominum quartæ declinationis: vt *fructus*.
- 3) Græca in VS: vt *Iesus, Panthus, tripus, Melampus*. Sed *polypus* vltimam corripit.

4) Pro.

5. *Producuntur*

1) Græca in ER imparisyllaba et desinentia in N:
vt

Aer, ether, character, crater, Iber, spinter, titan, delphin, cet. Huc referatur *lien*, et accusatiuus græcus *an* et *en*: vt *Aenean, Anchisen.*

2) Plerumque peregrina, si apud Græcos fit longa vocalis: vt *Iob, Daniel, Simson*, cetera.

§. II. Desinentia in I, V, AS, ES, OS et C producuntur: vt *gummi, cornu, amas, bonitas, doces, des, pares, bonos, dominos, os, oris, dic, hac, illuc.*

EXCEPTIONES.

1. *Corripiuntur* in I datiu et vocatiu græci; vt *Palladi, Minoi, titani, Pari, Daphni*: et plerumque etiam *nisi et quasi*.

Producunt tamen ultimam *Oresti, Pyladi*, quia terminatione mere latina sunt: item *Demostheni, Socrati, metamorphosi*, quia ex contractis *Δημοδίδης, Σωκράτης, μεταμορφώσεις* veniunt: etiam *Paridi, Thetidi, Tyndaridi*, sed vi casuræ, vt videtur.

Indifferentia sunt: *mihi, tibi, sibi, vbi et vti* cum compositis, *vbicumque, vbiuis, scubi, sicuti, veluti*, cetera.

Sed *ibidem* et *vbique* longa sunt: *vtique* breue est.

2. *Corripiuntur* in AS per *adis* declinata: vt *vas, vadis, Pallas, Arcas, Pleias*. Item *anas, anatis*: nec non accusatiu græci tertiæ declinationis, vt *Troas, Hectoras, Arcadas, Rhetoras*.

3. *Corripiuntur* in ES

1) Nomina tertiæ declinationis, quæ in genitiuo crescunt penultima breui: vt *miles, seges, præses*; præter *Ceres, aries, paries, abies* et *pes* cum compositis, quæ longa sunt.

2) No.

2) Græca, quæ per *ε* scribuntur: vt *cacoethes*; *Troades*, *Arcades*, *crateres*.

3) Præpositio *penes* et *es* a verbo *sum* cum compositis: sed *es* ab *edo* producitur.

4. Corripiuntur in OS

1) *Os*, *osis*, *exos*, *compos*, *impos*.

2) Græca, quæ per *ο* scribuntur: vt *Arctos*, *Argos*, *melos*; item *Arcados*, *Thetyos* et similia.

5. Corripiuntur in *Cnec* et *donec*. Communia autem sunt *fac* et *hic* pronomen: *hic* aduerbium est longum.

§. III. In O communia sunt: vt *amo*, *leo*, *duo*, *ambo*, *ego*.

EXCEPTIONES.

1. Producentur

1) Dativi et ablativi: vt *seruo*. Gerundia etiam saepe producentur.

2) Aduerbia e nominibus orta: vt *subito*, *merito*, *multo*, *quanto*. Huc refer *adeo*, *ideo*, *ultro* et *ergo* pro causa.

2. Corripiuntur sæpius et melius quoque: *immo*, *cito*, *illico*, *modo*, *dummodo*, *postmodo*, *ergo* pro igitur, et *cedo* pro dic aut porrige: interdum etiam *perfecto* et *vero*.

ADDITAMENTVM.

1. Monosyllaba in vocalem exeuntia producentur: vt *a*, *ab*, *e*, *de*, *me*, *te*, *se*, *ne*, *o*, *pro*, *pro* interiectio, *do*, *da*.

Except. Encliticæ *que*, *ne*, *ve*: et adiectiones syllabicæ, *ce*, *te*, *pte*, corripiuntur.

2. Nomina monosyllaba producentur: vt *lac*, *sal*, *sol*, *ren*, *splen*, *ver*, *par* cum compositis. Huc refer *quin*, *sin*, *en*, *non*, *cur*.

Except. Breuia sunt: *fel*, *mel*, *vir*, *cor*, *vas*, *vadis*, *os*, *osis*.

POETI-

POETICAE CAP. II
DE CARMINVM GE-
NERIBVS.

§. I. *Carmen* est concinna versuum congeries.

§. II. *Versus* est legitima vocum compositio, certo pedum modo ac numero definita. Dicitur etiam *metrum*.

§. III. *Pes* est certa syllabarum ratione quantitatis et numeri constitutio: complexus autem eiusmodi syllabarum est *regio metrica*, seu locus, quem pes quisque occupat.

§. IV. Ex pedum numero fit *scansio*, seu versus *dimensio* secundum regiones et pedes.

§. V. In dimensione obseruanda est *cæsura*: quæ est decora dictionis per pedes intersectio, ita vt vltima vel penultima syllaba nouum pedem inchoet. Vnde versus, cæsura carens, nullam habet gratiam: vt

Nuper quidam doctus cœpit scribere versus.

Defectum cæsurae habent versus tardigradi: vt

*Conturbabantur Constantinopolitani
Innumerabilibus sollicitudinibus.*

§. VI. Pedes vero sunt vel disyllabi, vel trisyllabi, vel tetrasyllabi.

§. VII. *Disyllabi* sunt quatuor: *spondeus* -- omnes; *trocheus* - v seruat; *pyrrhichius* v v Deus; *iambus* v - pios.

§. VIII. *Trisyllabi* sunt octo, quorum vsitatiorres sunt: *dactylus* - v v optima; *anapestus* v v - domino; *molosus* --- insani; *tribrachys* v v v lege-re; *bacchius* v -- gubernans.

§. IX. *Tetrasyllabi* sunt sedecim, quorum vsi-

Z

tatio-

tatiores sunt: *dispondeus* - - - - concludentes; *choriambus* - v v - est requies; *proceleusmaticus* v v v v hominibus; *diiambus* v - v - seueritas.

§. X. Vsitatiora carminum genera sunt *Adonicum*, *Heroicum* siue *Hexametrum*, *Elegiacum*, *Anapesticum*, *Iambicum*, *Trochaicum*, *Phalacium*, *Sapphicum*, *Glyconicum*, *Choriambicum*, *Alcaicum* et *Archilochium*. Quorum vnumquodque constituitur e concinna versuum congerie.

§. XI. Versus ADONICVS est quasi exitus hexametri. Duas enim continet regiones: quarum prior exhibet *dactylum*, posterior *spondeum* vel *trochaum*. Vt

- v v | - - *Sis mihi presens*
 - v | *Rebus in artis,*
 Christe redemptor.

§. XII. Versus HEXAMETER constat sex regionibus: quarum quatuor priores promiscue habent vel *dactylum* vel *spondeum*, quinta solum *dactylum*, sexta *spondeum* vel *trochaum*. Vt:

- - | - - | - - | - - | - v v | - -
 - v v | - v v | - v v | - v v | - v v | - v

Illi inter sese magna vi brachia tollunt. Virg.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Id.

Not. 1. Quinta regio interdum ob scribentis adfectum habet *spondeum*, precedente tamen *dactylo*, vnde eiusmodi versus *spondaicus* dicitur: vt

Cara Deum soboles, magnum lous incrementum. Virg.

Not. 2. Cauendum est, ne hexameter desinat temere in vocem *monosyllabam*, nisi precedente altera *monosyllaba*, vt *Principibus placuisse viris non vitima laus est* aut *tetrasyllabam*, vt *Augesunt alie gentes, alie minuuntur.* Lucret.

Not. 3.

Not. 3. Genus hexametrum vocatur *heroicum*: quia illustrium virorum rebus gestis, stilo magnifico describendis, quam conuenientissimum est.

§. XIII. Versus PENTAMETER, qui in genere elegiaco versui hexametro semper subiicitur, habet quinque regiones et diuiditur in duo *hemistichia*: quorum prius in duabus regionibus admittit vel spondeum vel dactylum, remanente syllaba longa dictionem finiente; *posterius* duos dactylos remanente syllaba longa vel breui. Quæ duæ remanentes syllabæ quintam regionem efficiunt. Formula hæc est:

— — | — — | — | — vv | — vv | —
vv | — vv | — | — vv | — vv | v

Horrebant sauis omnia verba minis.

Sit bene conueniens et sine labe toga.

Not. 1. Hexameter cum pentametro *venuste* perfectam sententiam, saltem colon continet.

Not. 2. Neutrum hemistichium commode definit in vocem monosyllabam, nisi præcedente alia. Ut

Magna tamen spes est in bonitate Dei.

Not. 3. Vltima pentametri vox non facile solet esse duabus syllabis longior.

§. XIV. Versus ANAPAESTICVS primis duabus regionibus admittit anapæstum vel spondeum, tertia anapæstum tantum, syllaba residua. Ut

vv- | vv- | vv- | — *Iam mæsta quiesce querela:*
v *Lacrimas suspendite matres:*
— | — | — | *Veniant modo tempora iusta.*

§. XV. Versus IAMBICVS est, qui locis *imparibus* (1, 3, 5, 7) iambum, spondeum, rarius tribrachyn, anapæstum atque dactylum: *paribus* autem (2, 4, 6, 8) iambum aut tribrachyn recipit. No-

men habet a pede *iambo*: qui quo frequentior in hoc genere est, eo venustior est versus.

Sunt autem versus *iambici* vel *quaternarii*, qui quatuor; vel *senarii*, qui sex, vel *octonarii*, qui octo constant regionibus.

Forma iambici quaternarii, unde ceteri diiudicari possunt, hæc est:

1.	2.	3.	4.
v -	v -	v -	v -
-		-	v
Rarius			
v v v	v v v	v v v	v v v
v v -		v v -	
- v v		- v v	

O lux beata Trinitas! O principalis unitas!

Iam sol recedit igneus: infunde lumen cordibus.

Not. 1. In hoc genere rhythmici valde iucundi sunt.

Not. 2. Ex iambico quaternario fit versus anacreonticus, si ultima syllaba rescindatur, hoc modo:

Recesit umbra noctis: Ab arce Phæbus alta

Novum iubar decorus Micante fundit ore.

Not. 3. Iambicus senarius dicitur *choliambicus* vel *scæzon* siue claudicans, quando in fine spondeum vel trochæum admittit, quinta regione necessario iambum requirente, ut:

Sed non videmus mantica quod in tergo est.

§. XVI. Versus TROCHAICVS est, qui locis imparibus (1, 3, 5, 7) trochæum, rarius tribrachyn: paribus autem (2, 4, 6, 8) trochæum vel spondeum; rarius tribrachyn, anapæstum vel dactylum recipit. Nomen habet a pede trochæo: qui quo frequentior in hoc genere est, eo venustior est versus.

Sunt

Sunt autem versus trochaici non minus varii, quam iambici: vfitatissimus tamen est *octonarius*, regionem vltimam vna syllaba finiens. Forma eius hæc est:

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
- v	- v	- v	- v	- v	- v	- v	-
	- -		- -		- -		v
Rari	us						
vvv	vvv	vvv	vvv	vvv	vvv	vvv	
	vv-		vv-		vv-		
	- v		- vv		- vv		

Ipse iussit et creata; dixit ipse et facta sunt:
Terra, cælum, fossa ponti, trina rerum machina.

§. XVII. Versus PHALÆCIVS quinque habet regiones: quarum prima recipit spondeum, secunda dactylum, reliquæ tres trochæum, vt:

-- | -vv | -v | -v | -v

Audit cuncta Deus videtque iustus,
Vitam quæ faciunt beatiorum.

Not. Hi versus a syllabarum numero vocantur *hendecasyllabi*.

§. XVIII. Versus SAPPHICVS quinque constat regionibus, quarum prima recipit trochæum, secunda spondeum, tertia dactylum, quarta et quinta rursus trochæum: vt

-v | -- | -vv | -v | -v

Integer vitæ scelerisque purus.

Not. 1. Tertio cuique versui adnecti solet adonicus, qui periodum plerumque claudit: vt

Rebus angustis animosus atque
Fortis appare; sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela. Hor.

Not. 2. Traiectis vocibus versus sapphicus in phalæcium potest commutari: vnde summa vtriusque generis est similitudo. Vt *Sapphicus*: Non eget Mauri iaculis, nec arcu.
Phalæcius: Non Mauri iaculis eget, nec arcu.

§. XIX. Versus GLYCONICVS (sic dictus ab auctore Glycone) constat spondeo, choriambō et iambo seu pyrrichio, vt

-- | -vv- | vv. Vel ita: -- | -vv | -vv
 | | | | |
 | | | | |

*Tandem regia nobilis,
 Antiqui genus Inachi,
 Fratrum composuit minas.*

§. XX. Versus CHORIAMBICVS præ ceteris amat choriambum pedem, et habet hanc formam:

-- | -vv- | -vv- | vv *Mæcenæ, atavis edite regibus.*

§. XXI. Versus ALCAICVS in prima regione habet spondeum vel iambum, in secunda bacchi-um, in tertia et quarta dactylum. Horatius binis alcaicis duos semper alios iungit: quorum vnus est iambicus quaternarius cum syllaba abundante, in tertia tamen regione semper habens spondeum; alter alcinianus dactylicus. Forma carminis Horatiani hæc est:

Alc. -- | v-- | -vv | -vv |
 v | | | |
Iamb. v- | v- | - | v- | v
 - | | | |
Alcm. -vv | -vv | -v | -v |

*Dulce et decorum est pro patria mori.
 Mors et fugacem persequitur virum,
 Nec parcat imbellis iuuentæ
 Poplitibus timidoque tergo.*

§. XXII. Versus ARCHILOCHIVS ita disponitur:

-vv | -vv | -vv | -vv | -v | -v | -v
 - | - | - | - | - | - | -

Desine flere bonum tantum: tenet ille regna cæli.

POETICAE CAP. III
 DE RELIQUA CARMINUM
 DISTRIBUTIONE ET
 APPELLATIONE.

§. I. Ratione *materiae* carmen est varium: pro-
 ut materia est vel læta, vel tristes, vel laudatiua.

§. II. Ratione *materiae lætae* carmen præcipue est

1. *Genethliacum* seu natalicium, quod in honorem natalium conscribitur.
2. *Epithalamium* seu nuptiale, quo nuptiæ celebrantur.
3. *Propempticum* seu apobaterion, quod abeuntes votis bonisque ominibus prosequitur.
4. *Epinicium*, quo victoribus gratulamur.

§. III. Ratione *materiae tristis* carmen est

1. *Epicedium* seu funebre in defunctos.
2. *Epitaphium*, quod defuncti tumulo aut cippo inscribitur.
3. Huc accedunt *threni*, quibus euerfionem vrbi-
 um aut regionum lugemus.

§. IV. Ratione *materiae laudatiuae* carmen dicitur

1. *Hymnus*, quo Dei laudes celebrantur.
2. *Soterion*, quo Deo pro præstita ope ac salute gratias agimus.
3. *Onomasticon*, quod nominis alicuius laudibus absolvitur.
4. *Encomiasticon*, quod aliarum rerum vel personarum laudes describit. Huc pertinet
5. *Panegyricum*, quod publice in magna frequentia recitatur.

§. V. Ratione *materiae mediæ* ac promiscuæ carmen est

1. *Emblema seu morale*, picturæ vel symbolis additum. Talia sunt *Alciati*, *Camerarii* et aliorum.
2. *Epigramma* seu carmen breue et argutum.
3. *Ode* seu carmen breue lyricum, quod olim ad lyram et chelyn canebatur.
4. *Ænigmaticum*, quod rem obscuritate quadam ingeniose inuoluit.

§. VI. *Carminis ænigmatici* rursus varia sunt genera: huc enim refertur

1. *Anagramma* seu *anagrammatismus*, quo ex vnius vel plurium vocum litteris transpositis alias eruimus voces, easque in subiecto carmine applicamus vel explicamus: vt ex *Leopoldus*, *pello duos*.
2. *Eteostichon*, quod litteris numeralibus (I. V. X. L. C. D. M.) maiusculis certum annum designat.
3. *Acrostichis* seu *Acrostichon*, quod ex primis cuiusque versus litteris certas voces connectit.
4. *Palindromon*, quod antrorsum et retrorsum eodem aut prorsus alieno sensu legi potest: vt
Signa te signa, temere me tangis et angis.

In Pium I Pontificem.

*Laus tua, non tua fraus: virtus, non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximium.*

Retrorsum.

*Eximium decus hoc fecit te scandere rerum
Copia, non virtus: fraus tua, non tua laus.*

5. *Logogriphus*, quo diuersa ex eodem nomine significata eruuntur: vt *muscatum*.
Si caput est, cūrrit: ventrem coniunge volabit
Adde pedes comedes: et sine ventre bibes.
6. *Echo*, quod carminis genus in fine versuum aut stropharum vltimas syllabas repetit: quæ præcedentem sententiam illustrant; aut sensum diuersum

sum, vel etiam contrarium, aut prorsus inexpectatum, inferunt.

§. VII. Præterea carmen varie appellatur et quidem

1. a versuum numero, vel *distichon*, *tristichon*, *tetradistichon* cet. Vnde porro a reuersione vocatur vel *distrophon*, *tristrophon*, *tetrasrophon*: quum post secundum, vel tertium aut quartum versum reuertimur aut potius conuertimur ad nouæ strophæ initium. Huc refer versus *intercalares*, qui post aliquot versus inserti repetuntur: vt *Incipe Mænalios mecum mea tibia versus*. Virg. ecl. 8, v. 21.
2. a forma seu compositione, vel *monocolon*, quod constat ex vno genere carminis: vel *dicolon*, quando duo carminum genera miscentur, vt hexametrum cum pentametro: vel *tricolon*, quum tria miscentur.

§. VIII. Tandem carmen est vel *exegeticum* vel *dramaticum*.

Exegeticum constat simplici et directa narratione: et rursus distingui potest in *didascalicum*, *ethicum*, *historicum*, *epistolicum*.

Dramaticum carmen seu *drama* sub personis fictis sine auctoris interlocutione rem narrat et rursus distinguitur in *comicum*, *tragicum* et *bucolicum*. *Comicum* seu *comædia* actiones læto repræsentat exitu: *tragicum* seu *tragædia* tristi: *bucolicum* autem est pastorale, quod *ἐκλογὴ* vocatur.

§. IX. Ratione soni versus, singulatim considerati, sunt

1. Vel *asper* et *streper*: vt (tum. Virg.
Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum
At tuba terribili sonitu taratantara dixit. Enn.
2. Vel *sonori* et *emphatici*, qui concinna syllabarum et pedum modulatione pro dignitate et indole rei formantur, in quibus Virgilius fuit felicissimus: vt
Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.
Virg. Aen. l. 8, v. 596.
illi inter sese magna vi brachia tollunt.

Aere ciere viros martemque accendere cantu.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

3. *Leonini seu rhythmici*, qui in medio et fine æqualiter desinunt, germanice die Knüttelverse, ab adfultu puerili, qui grauem dedecet poetam. Vt

Tempore felici multi numerantur amici:

Quum fortuna perit, nullus amicus erit.

Quum canis os rodit: socium, quem diligit, odit.

POETICAE CAP. IV

DE FIGVRIS POETICIS.

§. I. *Figura poetica magna ex parte etiam vocari possunt orthographica: et respiciunt in vocibus vel defectum, vel abundantiam, vel commutationem.*

§. II. Ad defectum referri potest

1. *APHAERESIS*, seu ablatio litteræ vel syllabæ a principio dictionis: vt *pone metum*, pro *depone*; *temnere*, pro *contemnere*.
2. *SYNCOPE*, quæ litteram vel syllabam e medio dictionis aufert: vt *Deum* pro *Deorum*, *repostum* pro *repositum*, *dixti* pro *dixisti*.
3. *APOCOPE*, quæ aliquid in fine aufert: vt *cura peculi* pro *peculii*; *nostin* pro *nostine*?
4. *ELISIO*, cum vocalis aut diphthongus in fine dictionis cum M aut sine eo, a sequente vocali aut diphthongo quasi eliditur, saltem dissimulatur: vt
Non facile est (facil est) *æqua commoda mente pati.*
Audendum est (audend est) *fortes adiunvat ipse Deus.*

Nota.

- 1) In concursu vocalium nulla litteræ H habetur ratio. Vt:
Vixque habet in nobis iam noua plaga locum. Ouid.
- 2) Quando vocalis aut diphthongus a sequente non eliditur, ista figura vocatur *hiatus metricus*: vt
Et succus pecori et lac subducitur agnis. Virg.
5. *SYNAERESIS* seu *CRASIS*, cum duæ syllabæ in vnam contrahuntur: vt *negoti* pro *negotii*. Stat sua cuique dies. Sic *huic* pro *huic*.
Seu lento fuerint aluearia (tetrasyllabum) *vimine texta.* Virg.

Sic I ante aliam vocalem in I consonam mutatur: vt *omnia* dissyllabum, *abietibus* tetrasyllabum.

§. III. Ad litterarum et syllabarum *redundantiam* pertinet

1. *PROSTHESIS*, quæ dictionis initio litteram vel syllabam addit: *gnatus* pro *natus*, *tetuli* pro *tuli*.
2. *EPENTHESIS*, quæ dictionis medio aliquid interponit: vt *navita* pro *nauta*, *siet* pro *sit*.
3. *DIPLASIASMVS*, seu geminatio eiusdem consonantis in dictionis medio: *relligio* pro *religio*, *repperit*, *relliquia*, pro *reperit*, *reliquia*.
4. *PARAGOGE* seu appositio, quæ fit ad dictionis finem: vt *dicier* pro *dici*.
5. *DIAERESIS*, seu diuisio vnus syllabæ in duas: vt *flamina non vlli persoluenda* (pentasyllabum) *deo*.

§. IV. Ad *commutationem* refertur

1. *TMESIS*, seu sectio vnus vocis, sed compositæ, interiectis aliis: vt
Est boreas regio septem subiecta trioni. Virg.
Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes. Hor.
2. *METATHESIS*, seu litterarum transpositio, vt *Teucre* pro *Teucer*.
3. *SYSTOLE*, seu correptio syllabæ longæ: vt *obstupui steteruntque comæ et vox faucibus hæsit*. Virg.
4. *DIASTOLE* seu productio syllabæ breuis: vt *exercet Diana choros*.
Omnia vincit amor et nos cedamus amori. Virg.

§. V. Præcedentes figuræ nituntur *licentia poetica*. Confer. Rhen. grammat. p. 476-479.

§. VI. De his figuris notari possunt sequentes *versus memoriales*:

Prosthesis apponit capiti, sed *aphæresis* aufert;

Syncope de medio tollit, sed *epenthesis* indit;

Aufert *apocope* finem, sed dat *paragoge*;

Dicitur e binis conflare *synæresis* vnam;

Dicitur in binas distillare *diæresis* vnam;

Littera si legitur transposita, *metathesis* exstat;

Compositæ vocis dissectio *tmesis* habetur.

VER.

VERSUS MEMORIALES.

Coniugia *ad fines* faciunt, *confinia* campi
 Consumunt *ventres*, *uterus* parit, egerit *aluus*.
 Improba cantat *anus*, sed ventrem deiicit *anus*.
Casidae conde caput, capiuntur *casibus* apri.
Armus brutorum est, *humerus* ratione fruentum.
 Cedo facit *cessi*, *cecidi* cado, cædo *cecidi*.
Clava ferit, *clavus* firmat, *clavisque* recludit.
 Fert ancilla *colum*, penetrat res humida *colum*.
 Est *cutis* in carne, est detracta e corpore *pellis*.
Cominus ense ferit, iaculo cadit *eminus* ipse.
Fructus arboribus, *fruges* nascuntur in agris.
Comædi scenam, *comedones* quærite *cœnam*.
 Vir *comis* multos *comites* sibi iungit amicos.
Consortes fortuna eadem, *socios* labor idem:
 Vnum *collegas* efficit officium.
Consulo te doctum, *tibi consulo*, dum tua *curo*.
Sanguis inest *venis*, *cruor* est de corpore fusus.
Deleo scripturam, cum *flamma exstinguo* lucernam.
 Vin, tibi *dicamus*, cui *carmina* nostra *dicamus*?
Fornix est arcus, sed *fornax* saxa perurit.
Pistor habet *furnum*, *fornace* hypocausta calescunt.
 Se *parat*, ut *pariat* mulier, nec *pareat* vlli.
Robustum fugio, fugientem sæpe *fugavi*.
 Vir *generat*, mulierque *parit*: sed *gignit* vterque.
 Gustat lingua cibum, qui bene cumque *sapit*.
Lacteo, lac fugo: *lacto*, lac præbeo nato.
 In siluis *lepores*, in verbis quære *lepores*.
 Ad flumen *ripas*, ad mare *litus* habes.
 Sulcus agri *lira* est, dat *lyra* tacta sonum.
Frontem dic capitis, *frondem* dic arboris esse.
 Deceptura viros pingit *mala* femina *malas*.
Mala mali malo meruit *mala* maxima mundo.
Malo tamen pulchrum *malo* decerpere *malum*.
Gibbus terga premit, *cervicem struma* molestat.
Merx venit nummis, *operantibus* est data *merces*.

Morio

Morio *moratur*, quocumque sub axe *moratur*.
 Mulcet equos famulus, sed vaccas rustica *mulget*.
 Ales *hirundo* canit, nat *hirudo*, mouetur *arundo*.
 Per quod quis peccat, per *idem* punitur et *idem*.
 Difficilis *labor* hic, sub cuius pondere *labor*.
 Non *licet* asse mihi, qui me non asse *licetur*.
 Vir *nothus* est spurius, *notus* auster, *notus* amicus.
Opperior tardos, pannis *operitur* egenus.
Vngula de brutis, reliquorum dicitur *vnguis*.
Os, *oris* loquitur: sed *os*, *osis* roditur ore.
Pendere vult iustus, sed non *pendere* malignus.
 Pro reti et regione *plaga* est, pro verberere *plaga*.
Populus est arbor, *populus* collectio gentis.
 Corpore *robustum*, sed dices pectore *fortem*.
Scintilla est silicis cæsi, caret igne *fauilla*.
 Ne sit *securus*, qui non est *tutus* ab hoste.
 Sunt ætate *senes*, *veteres* vixere priores.
 Quæ non sunt, *simulo*: quæ sunt, ea *disimulantur*.
Torris adhuc ardens, extinctus *titio* fiet.
Tribula grana ferit, *tribuli* nascuntur in agris.
Prora prior, *puppis* pars vltima, at ima *carina*.
Tergum hominis dorsum est, bellua *tergus* habet,
Vallamus proprie castrum, *sepimus* ouile.
 Spondet *vas* *vadis*, at *vasis* *vas* continet escam.
 Merx nummis *venit*, *venit* huc aliunde profectus.
Alga venit pelago, sed nascitur *vlua* palude.
 Qui sculpsit, *celat*: seruans abscondita *celat*.

Cognitiones.

Agnati patris, *cognati* matris habentur.
 Dic *patruos* patris fratres, *amitasque* sorores.
 Frater *auunculus* est, soror est *matertera* matris.
 Quos generant fratres natos, dices *patrueles*;
 Sed *consobrinos* dic, quos peperere sorores.
 Quos soror et frater gignunt, dices *amitinos*.
 Vir *natae* gener est: *nurus* autem femina nati.
Vxoris genitor *socer* est, *socrusque* genitrix.

Vitri-

Vitricus haud æquus pater est, materque *noverca*.

Ipsè viri frater *leuir*: vxor quoque fratris

Fratria: *glos* vxor fratris, soror atque mariti.

Aetates hominum.

Infans (5), post puer (14) ac adolescens (25), tunc iuuenis
(35), vir (55):

Dicitur inde senex, postea decrepitus.

Quinque sensus hominum.

Gustus et olfactus, auditus, visio, tactus.

Nos aper *auditu* præcellit, aranea *tactu*:

Vultur *odoratu*, lynx *visu*, simia *gustu*.

Quatuor plagæ mundi.

Ortus et occasus, septentrio, meridiesque.

Quatuor venti cardinales.

Asper ab axe ruit *boreas*, furit *eurus* ab ortu,

Auster amat medium solem *zephyrusque* cadentem.

Duodecim ventorum nomina.

Flat *subsolanus*, *vulturinus* et *eurus* ab ortu.

Circius occasum *zephyrusque* *faunius* adflant.

E solis medio emergunt *notus*, *africus*, *auster*.

Conueniunt *aquilo*; *boreas* et *caurus* ab vrfa.

Quatuor anni tempora.

Ver, æstas, auctumnus, hiems dominantur in anno.

Æstas a geminis, *auctumnus* virgine surgit:

Bruma sagittifero, *ver* piscibus incipit esse.

Duodecim signa zodiaci.

Sunt aries, taurus, gemini, Cancer, Leo, Virgo,

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍

Libraque, scorpius, arcitenens, caper, amphora, pisces.

♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓

Septem planeta.

1. Saturnus ♄

2. Iupiter ♃

3. Mars ♂

4. Sol ☉

5. Venus ♀

6. Mercurius ☿

7. Luna ☾

Post *sim* *sum* sequitur, pallida luna subest.

Septem

Septem dies hebdomadis.

Dies Solis ☉ Sonntag. Dies Mercurii ☿ Mittwoch.
 Dies Lunæ ☾ Montag. Dies Iouis ♃ Donnerstag.
 Dies Martis ♂ Dienstag. Dies Veneris ♀ Freytag.
 Dies Saturni (sabbati) ♄ Sonnabend.

Duodecim menses anni.

1) Ianuarius, der Jenner, dierum 31. 2) Februarius, Hornung, 28 et 29. 3) Martius, Merz, 31. 4) Aprilis, April, 30. 5) Maius, May, 31. 6) Iunius, Brachmonat, 30. 7) Iulius, Quintilis, Heumonat, 31. 8) Augustus, Sextilis, Augustmonat, 31. 9) September, Herbstmonat, 30. 10) October, Weinmonat, 31. 11) November, Wintermonat, 30. 12) December, Christmonat, 31.

Martius, Aprilis, Maius, sunt tempora veris.

Iunius æstatis, post Iulius Augustusque.

Auctumnus Septembri est, Octobri atque Nouembri.

At hiemem Decimus, Ianus, Februarius adfert.

De numero dierum cuiusque mensis.

*April ter denos, Iun, Septemberque, Nouember
 Vnum plus reliqui, viginti Februus octo.*

De Calendario Romano.

Prima dies mensis cuiusque est dicta calendæ.

Sex nonas Maius, October Iulius et Mars:

Quatuor at reliqui. Dabit idus quilibet octo.

Inde dies alios omnes dic esse calendæ:

Quos retro numerans dices a mense sequenti.

I. De nonis inueniendis et explicandis.

Ex octo vel sex quæuis data summa dierum

Dematur: reliquum, quod petis, ecce dabit.

Nim den gegebenen Tag von 8 und 6 dahin:

So hast du mit dem Rest die nonas zum Gewinn.

E. O.

	E.	G.
(8)		(8)
<i>subtr.</i> 5 Martii	<i>Summa dierum data.</i>	3 non. Mart.
<i>Inuen.</i> 3 non. Mart.	<i>Reliquum</i>	5 Mart. i. <i>Expl.</i>
(6)		(6)
2 Ian.	<i>Summa dierum data</i>	4 non. Ian.
<i>Inuen.</i> 4 non. Ian.	<i>Reliquum.</i>	2 Ian. <i>Expl.</i>

2. De idibus inueniendis et explicandis.

Ex octo aut septem geminis data summa dierum
Dematur: reliquum, quod petis, ecce dabit.

Nim den gegebenen Tag von 16, 14 hin:

So hast du mit dem Rest die idus zum Gewinn.

	E.	G.
(16)		(16)
9 Maii.	<i>Summa dierum data</i>	7 id. Maii.
<i>Inuen.</i> 7 id. Maii.	<i>Reliquum.</i>	9 Maii.
(14)		(14)
11 Aug.	<i>Summa dierum data</i>	3 id. Aug.
<i>Inuen.</i> 3 id. Aug.	<i>Reliquum.</i>	11 Aug. <i>Expl.</i>

3. De calendis inueniendis et explicandis.

Adde dies mensi binos, et subtrahe summam

De summa: reliquum, quod petis, ecce dabit.

Nim den gegebenen Tag von 32 (33) hin:

So hast du mit dem Rest calendas zum Gewinn.

(32)	<i>Summa dierum Aprilis aucta.</i>	(32)
18 April.	<i>Summa dierum data</i>	14 cal. Maii.
<i>Inuen.</i> 14 cal. Maii.	<i>Reliquum.</i>	18 Apr. <i>Expl.</i>

(33)	<i>Summa dierum Iulii aucta.</i>	(33)
27 Iul.	<i>Summa dierum data</i>	6 cal. Aug.
<i>Inuen.</i> 6 cal. Aug.	<i>Reliquum.</i>	27 Iul. <i>Expl.</i>

NB. Im Februario, von 30: und im Schaltjahre
von 31 Tagen.

CALENDARIVM ROMANVM.

APRILIS habet dies 30, nonas 4.

1	Calendis Aprilis		16	Decimo sexto	} <i>(ante)</i> calendas vel calendarum Maii.
2	Quarto	} <i>(ante)</i> nonas vel nonarum Aprilis	17	Decimo quinto	
3	Tertio		18	Decimo quarto	
4	Pridie		19	Decimo tertio	
5	Nonis Aprilis		20	Duodecimo	
6	Octauo		21	Vndecimo	
7	Septimo		22	Decimo	
8	Sexto	} <i>(ante)</i> idus vel iduum Aprilis.	23	Nono	
9	Quinto		24	Octauo	
10	Quarto		25	Septimo	
11	Tertio		26	Sexto	
12	Pridie		27	Quinto	
13	Idibus Aprilis	} <i>(ante)</i> calendas vel calendarum Maii.	28	Quarto	
14	Decimo octauo		29	Tertio	
15	Decimo septimo		30	Pridie	

MAIUS habet dies 31, nonas 6.

1	Calendis Maii.		15	Idibus Maii	} <i>(ante)</i> calendas vel calendarum Iunii.
2	Sexto	} <i>(ante)</i> nonas vel nonarum Maii.	16	Decimo septimo	
3	Quinto		17	Decimo sexto	
4	Quarto		18	Decimo quinto	
5	Tertio		19	Decimo quarto	
6	Pridie		20	Decimo tertio	
7	Nonis Maii		21	Duodecimo	
8	Octauo		22	Vndecimo	
9	Septimo		23	Decimo	
10	Sexto	} <i>(ante)</i> idus vel iduum Maii.	24	Nono	
11	Quinto		25	Octauo	
12	Quarto		26	Septimo	
13	Tertio		27	Sexto	
14	Pridie		28	Quinto	
			29	Quarto	
		30	Tertio		
		31	Pridie		

Typus mensium vniuersalis.

<i>DIES</i> <i>Mensis.</i>	<i>Martius.</i> <i>Maius.</i> <i>Iulius.</i> <i>October.</i>	<i>Ianuarius.</i> <i>Augustus.</i> <i>December.</i>	<i>Aprilis.</i> <i>Iunius.</i> <i>September</i> <i>November.</i>	<i>Februari-</i> <i>us.</i>
I	Calendæ	Calendæ	Calendæ	Calendæ
II	6	4	4	4
III	5	3	3	3
IV	4	Prid. non.	Prid. non.	Prid. non.
V	3	Nonæ.	Nonæ.	Nonæ.
VI	Prid. non.	8	8	8
VII	Nonæ.	7	7	7
VIII	8	6	6	6
IX	7	5	5	5
X	6	4	4	4
XI	5	3	3	3
XII	4	Prid. id.	Prid. id.	Prid. id.
XIII	3	Idus.	Idus.	Idus.
XIV	Prid. id.	19	18	16
XV	Idus.	18	17	15
XVI	17	17	16	14
XVII	16	16	15	13
XVIII	15	15	14	12
XIX	14	14	13	11
XX	13	13	12	10
XXI	12	12	11	9
XXII	11	11	10	8
XXIII	10	10	9	7
XXIV	9	9	8	6
XXV	8	8	7	5
XXVI	7	7	6	4
XXVII	6	6	5	3
XXVIII	5	5	4	Prid. cal.
XXIX	4	4	3	
XXX	3	3	Prid. cal.	
XXXI	Prid. cal.	Prid. cal.		

Anni intercalaris Febr. sunt 29 dies et 17 ante cal. Mart.

Kurzer Anhang

I. Von der ORTHOGRAPHIA.

§. I. Die orthographia lehret, wie man soll recht schreiben. Man hat aber bey derselben vornehmlich auf die Origination oder Herstammung eines Worts zu sehen, und sich darnach zu richten: als Audacia (nicht tia) von audax, audacis.

Diuitiæ (nicht ciæ) von diues, diuitis.

§. II. Ph, ch, th und y haben bey den Lateinischen Wörtern nicht statt; wo sie nicht können aus dem Griechischen φ, χ, θ, υ hergeleitet werden: als Bosphorus, nicht Bosphorus, græce Βόσπορος.

Tropæum, nicht trophæum, græce τροπαιόν.

Sepulcrum, simulacrum ohne h, vom supino sepultum, simulatum: wie lauacrum von lauatum.

Hingegen schreibet man Bacchus, gr. Βάκχος; saccharum gr. σάκχαρ.

§. III. Der Griechische diphthongus ai wird Lateinisch mit æ, ai mit æ, und es mit einem i oder e geschrieben: als diæta, gr. διαίτα; Mæcenas, gr. μακέννας; mæchus, gr. μοιχός; idolum, gr. είδωλον; museum, gr. μουσειόν.

§. IV. Die lezten Buchstaben von ad, con, in, sub, ob, kann man in compositione behalten, oder propter euphoniã in den nächsten Buchstaben verwandeln. Man findet bey den Alten beydes: als Adfectus, adfideo, inlustris, cet.

Affectus, asfideo, illustris, cet.

§. V. Das S wird im Anfange des Worts oder Sylbe füglich lang, und am Ende kurz geschrieben; als serpens: also auch, wenn in der mitten zwey S zusammen kommen, als dissimilis.



§. VI. Ein gedoppelt i muß nicht mit einem y oder ij geschrieben werden: als Martii, nicht Martij.

§. VII. Die Accente werden im Lateinischen süglichlicher ausgelassen, als gesetzt. Denn gleichwie man *mensis* der Monat, und *mensis* den Tischen, *amor*, *amoris* (verbum und nomen) und unzählbare Wörter mehr ohne Unterscheidungszeichen setzt: also kann man auch die ablativos und aduerbia an sich selbst unterscheiden.

§. VIII. Der grossen oder Versalbuchstaben gebrauchet man in der Currentschrift im Anfange eines periodi; imgleichen thun es einige bey den *nominibus propriis* und *dignitatum*; und bey den *vocabulis technicis* und Kunstwörtern: als Adamus, Berolinum, Berolinensis, Iacobus, Rex, Genus, Species, Apocope. Doch wird solches bey den *nominibus dignitarum* und *vocabulis technicis* von vielen nicht unbillig für unnöthig erachtet.

§. IX. In fremden Wörtern, so man lateinisch schreibet, soll man allein lateinische Buchstaben gebrauchen: als *psalmus* nicht *ψalmus*.

§. X. Ein *consonans*, der zwischen zweyen *vocalibus* stehet, gehöret zur folgenden, nicht zur vorhergehenden Sylbe. Als *a-ma-ba-mus*. *Di-xe-ra-tis*.

§. XI. Diejenigen *consonantes*, die im Anfange eines Worts zusammengefunden werden, soll man auch in der Mitte nicht trennen: und solche sind *ct*, *gn*, *mn*, *phth*, *pb*, *tb*, *ps*, *pt*, *sc*, *sm*, *st*, *cet*. Darum, wenn ein Wort am Ende der Zeile muß getheilet werden, soll ich es mit Zusehung dieses Zeichens schreiben. Als *do-ctus*, *i-gnis*, *o-mnis*, *di-phthon-*
gus,

gus, i-ple, a-ptus, pi-scis, Era-smus, pa-stor.

Not. Also wollen es die *grammatici* haben, und dabey kann man auch wohl bleiben. An sich selbst aber ist's gar nicht ungereimt, wenn ich dieselben also zertheilet schreibe, wie ich sie ausspreche. Als: ab-do-men, ig-nis, om-nis, pis-cis, ves-ter, ap-tus. Siehe *scal. lib. de causis I. L. C. 4.*

§. XII. In den *compositis* muß ein ieder Buchstab zu der Sylbe gezogen werden, zu der er außserhalb der Composition gehöret. Als:

Ab-igo, ad-o-ro, cog-no-sco, os-tendo, pros-odia,
abs-tra-ho, anim-ad-uerto, præter-ea, inter-ea.

Ag-na-tus, ad-sper-go, cog-ni-tus, ad-u-stus.

Dis-pu-to, dis-pun-go, et-iam, sic-ut, sub-i-re.

Also auch in den Wörtern griechisches Ursprungs. Als:

A-thle-ta, cat-e-che-sis, cat-e-go-ri-a.

Chor-a-gus, dys-en-te-ri-a, ex-o-dus.

Ec-li-phis, ep-a-na-le-phis, eu-an-ge-lium.

§. XIII. In der alten Römer Schriften wird oft ein ganzes Wort durch einen einzigen grossen Buchstaben bedeutet. Als:

A. bedeutet *Aulus*, C. *Caius*, D. *Decius*, L. *Lucius*,
M. *Marcus*, P. *Publius*, Q. *Quintus*, T. *Titius*.

Desgleichen bedeutet P. C. *Patres conscripti*:
R. P. *res publica*: P. R. *populus romanus*: S. P. Q. R.
senatus populusque romanus: A. V. C. *anno urbis
condita*: Cos. *consul*: Cosl. *consules*: S. P. D. *salu-
tem plurimam dicit*.

§. XIV. Wenn zwey vocales zusammenkommen, und doch nicht als ein diphthongus zu einer Sylbe gehören; so setzen einige über den letzten zwey Punctlein, *puncta diacritica* genant, als aër, poëta:

welches aber nicht nöthig, wenn man in der kleineren Schrift die diphthongos *e* und *æ* in einem Zuge schreibt; da sonst in der grösseren oder Römischen Schrift ein ieder vocalis besonders stehen muß, als *AE* und *OE*, nicht *Æ* und *Œ*.

II. Von den DISTINCTIONIBVS.

§. I. *Distinctiones* oder *interpunctiones* sind Zeichen, womit man im schreiben zu desto deutlicherm Verstande die Wörter und Rede recht theilet und unterscheidet. Und solcher Zeichen sind vier: *comma*, *colon*, *semicolon*, *punctum*.

§. II. *Comma* ist ein krummes Strichlein (,).

Colon sind zwey Punkte (:).

Semicolon ist ein halbes colon (;).

Punctum stehet zu Ende eines periodi (.

Diese vier *signa* finden sich in diesem Exempel: *Quod si nihil est tam contra naturam, quam turpitudine; nihilque tam secundum naturam, quam utilitas: certe in eadem re utilitas et turpitudine esse non potest. Cic.*

§. III. *Signum interrogationis* oder ein Fragezeichen ist (?): *signum exclamationis* oder *admirationis*, wenn man sich über ein Ding verwundert oder über etwas ausruffet, ist (!).

§. IV. *Parenthesis* ist, wenn man etliche Worte in eine Rede, zu der sie eigentlich nicht gehören, zwischen Häkchen einschiebet. Als:

Perdifficilis, Brute, quæstio est (quod tu minime ignoras) de natura deorum. Cic.

Asteriscus ist ein (*), womit man etwas merkwürdiges bezeichnet.

§. V.

S. V. Signum diuisionis ist, wenn ein Wort zu Ende nicht kann ausgeschrieben und daher muß zertheilet werden (-).

Signum oder nota apostrophi ist, wenn ein vocalis zu Ende ausgelassen ist: als egon'.

Signum citationis ist, welches man in margine setzet, wenn man etwas aus andern Büchern anziehet („).

PRECATIO

SCHOLASTICA MATVTINA.

GRATIAS tibi agimus, alme ac cælestis pater, ex animo in nomine Iesu Christi, quod nocte pulsa nos rursus saluos gratæ huius diei luci reddidisti. O pater luminum, qui e tenebris iusfisti prodire lucem, concute ac penetra pectora nostraverbi ac spiritus tui efficacia: et expelle ignorantia ac errorum tenebras. Fac in nobis exoriri roscidam gratia tuæ auroram, animisque nostris inde clarissimum spiritus tui fulgorem: vt diuino pleni lumine vere ac lucide agnoscamus te, patrem benignissimum, ac Dominum nostrum Iesum Christum, in Spiritu Sancto. Adesto nobis, vt prima euigilantium et vltima obdormiscentium cogitatio ac meditatio semper sit de te. Largire nobis, vt sicuti a naturali, ita etiam a spirituali somno experrecti, *ἀπιστίας* ac securitatis veterum excutiamus: haud immemores, nos, vt e lecto surgimus, ita etiam aliquando ex sepulcro excitatos ad tuum impiis tremendum et piis exoptandum tribunal esse prodituros. Indue nos vestibus Christi, filii tui vnigeniti, vestibus salutis, iustitiæ ac sanctæ innocentia. Laua nos, vt nosmet lauimus ipsos: laua et abluue nos sanguine Iesu Christi, lauacro purissimo pariter atque efficacissimo.

Tu Deus es summa maiestate verendus. Totum hoc, quod miramur, mundi systema produxisti ex nihilo: creasti et nos, quos etiam sustentas ac conseruas. Nos vero nil nisi puluis et cinis: sed a te tamen sumus creati et redempti, vt a solius tui voluntate, gratia et nutu pendeamus. In te vno omnis

nostra requies, beatitas ac salus. Extra te ipsa etiam felicitate nihil est miserius, quiete nihil turbulentius, gaudiis nihil tristius, voluptate nihil amarulentius, diuitiis nihil fluxius atque indigentius. Nam in te nil nisi bonum: sine te nil nisi malum. Ecce ergo nos tibi totos. Ecce tibi mentem nostram: quam collustra vera fide, ac viua tui agnitione atque sapientia. Ecce tibi cor nostrum: quod emolli, quia durum est; purga, quia peccatorum sordibus inquinatum; conuerte, quia a te est auersum; vera fide, veroque tui timore illud imbue et amore exorna. Ecce tibi totam nostram animam ac totum corpus: toti tui erimus, totus noster esto. Dona nobis ducem ac lucem, spiritum sanctum: qui nos hodie regat atque gubernet, a peccatis auertat et ad bene agendum efficaciter impulsos ducat.

Et quia id vitæ genus, quod litterarum optimarumque artium studiis sacrum est, amplexi sumus: rogamus te, Pater misericors, enixe per Dominum nostrum Iesum Christum, vt ccepta nostra habeas rata nostrisque laboribus numquam non benigne adsis; vt in solius tui nominis gloriam aliorumque hominum emolumentum quam certissime cedant.

Sumus rursus ingressi scholam, pietatis, virtutum, artium ac morum, immo et ipsius Spiritus sancti officinam. Esto ergo nobis præfco: vt coram te simus congregati in vnum; vt simus pii, industrii, alacres atque attentissimi. Deme ingenio nostro stuporem, et inde maiorem menti aciem: tolle torporem, et auge memoriæ vim animæque alacritatem. Sic non nobis, sed tibi studebimus soli: qui studiorum nostrorum es auctor ac moderator, fons atque finis.

Commendamus tibi etiam illos, quorum cura ac labore proficimus: nec non illos, quorum amore ac beneficentia fouemur et alimur. Rege illos, qui tuum regunt populum: pascere eos, qui tuas pascunt oues. Tuam auge, serua et sanctifica ecclesiam: vt longe lateque per orbem tuum celebretur nomen, et tua adoretur maiestas. Exaudi nos, nostrisque adnue precibus per Iesum Christum, corporis, animæ vitæque nostræ supremum Dominum: cui tecum et cum Spiritu

sancto sit a nobis laus et perennis gloria in sæcula
sæculorum, Amen.

TIRO

VSVS DECLINATIONVM
in conuenientia adiectiui et substantiui.

Mensa rotunda. Seruus fidelis. Scamnum latum.
Arma mea.

Pater benignus. Mater cara. Nubes obscura. Ovis mansueta.

Genus nobile. Mare profundum. Animal reptile.
Poema doctum.

Fructus gratus. Ficus fecunda. Curuum cornu.
Dies amœnus.

Hic vir, hæc mulier, hoc animal: ille puer, illa puella.

Mea penna est acuta: nostræ pennæ sunt acutæ.

Hæc schola est vicina: hæ scholæ sunt vicinæ.

Rosa est flos pulcher: rosæ sunt flores pulchri.

Pulchritudo rosarum magna est, immo maxima.

Hic est vir doctus: hæc femina est loquax: hoc lignum est durum.

Doctrina huius viri est magna: loquacitas huius feminæ est impia.

Vnusquisque homo est mortalis secundum corpus suum.

Hic puer est gnauus. Ignauia huius pueri intolerabilis est.

In hoc puero est magna diligentia: immo est diligentissimus.

Cibus est gratus ori, et salubris corpori meo.

Hoc acetum est acre. Magna est acrimonia huius acetii.

Meus pater est lenis. Lenitas mei patris magna est.

Hæc vestis est elegans: elegantia huius vestis est magna.

Meus frater est laboriosus: labor fratris non est exiguus.

Vestes patris nondum sunt confectæ seu paratæ.

Onus est graue: grauitas oneris non est parua.

Tua vestis est lacera ac detrita, sicut mea.

Meæ vestes sunt lacerae ac detritæ, sicut tuæ.

Noster hortus est valde amœnus.

Egregia est horti nostri amœnitas.

Meus liber est nouus. Mea auris est aperta.

Mea manus est clausa. Meum corpus est ægrum.

VSVS